


Wilhelm David Habermann

Natalem Servatoris Nostri Sincera devotione celebrandum O. O. C. A. monet

Rostochii: Typis Joh. Wepplingii, [1714?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003519849>

Druck Freier  Zugang





T. 512.

1714. Weihn.

~~A-1256.~~ ^{138.}

nr. 1714


NATALEM SERVATORIS NOSTRI

Sincera devotione celebrandum

O. Q. C. A.


monet

WILH. DAV. HABERMANN,
Med D. Ejusd. Prof. P.
p. t. Rect. Academ.



ROSTOCHII,

Typis JOH. WEPPLINGII, SER. PRINC. & ACAD. Typogr.



M-1256 138

NATALIEM
SERVATORIS
NOSTRI

Simons & Schindler, Leipzig

D. O. C. A.

1868

WILHELM DAV. HARRMANN

Med. Dr. h. c. Prof. P. H.

p. l. Reg. Academ.

Leipzig, im Druck der Verlagsbuchhandlung

LEIPZIG

Verlag von W. Neumann, Neudamm, bei Berlin



158
1868



N profundam
admirationem rapit,
omni jure Moyses,
Exod. 3. cum vidit *AR-*
BUSTUM ignescens,
flammans, ast incom-
bustibile & in virore
suo permanens; imò
cum vidit sub umbra

Luminis ingens *LUCIS* increatæ & ab
ÆTERNO progenitæ mysterium; sci-
licet flammantem Amorem *DIVINUM*
erga Israelem *Ægyptiaca* servitute,
presum. Et nos *HODIE* Eandem
Illam Sanctissimam videmus flammantem
VITÆ ARBOREM, *LUMEN* de *LU-*
CE *INACCESSA*, *I. Tim. 6.* cujus
egressus est à principio & ipsa æter-
nitate, *Mich. 5.* *MIRABILIS*, *PA-*
TER ÆTERNUS prodiit ex hominis
utero: *LUX GLORIÆ* humilitatem,
A 2 *DIVI*

DIVINITAS humanitatem induit; ut
Dumetum nostrum indueret *LUMEN*
DIVINUM. Celebrate, hunc Maxi-
mum Diem, *NATALEM NOSTRÆ SA-*
LUTIS!

Admiranda omninò eademque
infinita latent Naturæ Arcana in
Lumine. Nam Lumen est *Moo-*
tus: Motus inquam, omnium
motuum in ordine *Primus*; à quo
omnium etiam *viventium motus* de-
pendent.

Nil sensibus nostris est *prius* obvi-
um, nil *magis & ubique* est obvium,
quam Lumen: nil vero *rationi*
nostræ est *magis & profundius* as-
trusum quam Lumen. Dic eni-
taeo mihi & *describere*, *quid sit* Lumen?

Proh Abyssum! Tenebrarum an-
Lucis? si ad *INCREATUM LUMEN*
oculos dirigimus! occæcamur, con-
fundimur, in animi deliquium ca-
dimus. *Apoc. I. 12.* nisi dextra nos
tegat *ILLIUS*, qui est *PRIMUS & UL-*
TIMUS: nisi oculos illuminet. // 13.
ut

ut in *IPSIUS LUMINE LUMEN* *Pf. 36.*
id est *FILIUM DEI*, intueri queamus!
In *FILIO DEI* verò ingentem *GRATIAE*
DIVINAE Superabundantiam *Eph. 2.*
transcendentem axin polosque Mundi!
Pf. 103.

Nam Adeo *DEUS* mundum dilexit,
ut *FILIUM* daret *SUUM* i. e. *JUSTISSI-*
MUM pro malitiosis Justitiae *DIVINAE*
conculcatoribus: *DILECTISSIMUM*,
pro perduellibus; *UNIGENITUM* pro
Satanæ filiis: ut immolaretur victima,
quæ tolleret omnium iniquitates &
dolores. *Es. 53.* quæ sanguinem fun-
deret, lytrum pro omnibus *1. Tim. 2.*
quo nos ablueret, & nive candidiores
redderet *Pf. 51.*

Emetire nunc porro, & subduc cal-
culum. O Ratio; An ardentius di-
ligat *Mundum* Universum? An ma-
gis anxiam vel *Unius* vilis animæ
gerat curam *DEUS*? Inter me-
morabilia enim nostræ ætatis est, quod
contigit Anno 1666. Hamburgi. Ibi-
dem Luneburgensis quidam, cui Wi-

Witzenburg nomen, job ingens admissum
peccatum anxius de Misericordia *DI-*
VINA desperabat: Nefanda ejus ver-
ba & violentos ausus, audit videt-
que forte superveniens. quidam civis
Hamburgensis Georg: Frese, qui
aberrantem S. S. dictis revocare &
solari conatur. Sed objecit Witzen-
burg, talia ad sese pertinere, impos-
sibile esse creditu: causam prorsus esse
perditam! nisi peculiari signo convin-
ceretur, nimirum *IGNE NON ADURENTE*
vel laedente. Tum vero insigni Di-
vinæ Veritatis tuendæ Zelo actus G.
Frese, annulum ferreum anchoralem
(librarum, 3. tantæque capacitatis, ut
viri robusti brachium facile admitte-
ret) quem forte in pavimento ja-
centem invenit, in acervum canden-
tium carbonum, ut bene ignitum
redderetur, conjicit, tegitque. In-
terim vero moræ impatiens, mani-
pulum bonum carbonum ignescentium
arripit, affert, offertque desperabundo
Witzenburgo qui indè valde commo-
tus, in hæc tandem verba erumpit. *HERR*
JESU CHriste/ thuesidu so viel umb eine
sinnige Seele!

At

Ast mentis inquietudine, vultu,
suspiriisque, tristissima Dubitationis su-
peresse adhuc radices, imis medullis in-
fixas, satis monstrabat. Tum ergo G.
Frese prædictum Anchoralem Annulum
probe ignitum arripit nudâ ex foco ma-
nu, illumque tenet, monstratque ali-
quamdiu huic Wirzenburgo, sine ul-
la vel minima adustionis læsionisque no-
tâ.

Res hæc testium fide oculata fa-
tis firmata est: de quo facto ipse
G. Frese edidit Relationem (quam no-
minat die Atheistische Brille) in D. Kort-
tholt. S. S. Theol. Profess. Kilon. edidit
Tractatum.

Nullum brutum est, cujus edoma-
ri feritas bene faciendo non possit;
plus autem quam belluinum esset in-
nobilissima creatura, non considerare,
quid nostri amore fecerit DEUS. Ast
cujus intellectus hoc potest? nam ex
nobis ipsis ad aliquid boni cogitan-
dum inepti sumus, multo minus JE-
SUM CHRISTUM Dominum vocare
possumus sine SPIRITU SANCTO.
I. Cor. 12,

SAN.

SANCTISSIMUM ergo *IN* *SPIRITUM*
veneremur supplices, ut accendat in
nobis flammam Amoris, Fideique Lu-
men? & tum intueamur *HODIERNI*
NATALIS mysticum *IGNEM*, acce-
damus propius, pedibus excalceatis,
nudis; puris cordibus, facie reveren-
ter & verecundè obvelatâ ad *FACIEM*
ILLIUS, *QUEM* cœli tremunt, dum
jubilant; ad *CUJUS GLORIAM & MAJESTA-
TEM* Seraphini dum exsultant, psallunt-
que *TER* illud *SANCTUS!* vultum tegunt;
perinde inquam, & Nos celebremus ho-
diernum *DIEM* *VITALEM*, Climacteri-
cum nostrum Magnum, Æternitatis no-
stræ Natalem in gaudio devotissi-

mo plaudentes


GLORIAM IN EXCELSIS.

P. P. Sub Sigillo

RECTORATUS

d. 25. Decembr. 1714.





Ast mentis inquietudine, v
suspiriisque, tristissima Dubitatione
peresse adhuc radices, imis medullis
fixas, satis monstrabat. Tum ergo
Frese prædictum Anchoralem Anno
probe ignitum arripit nudâ ex focu
nu, illumque tenet, monstratque
quamdiu huic Witzenburgo, fin
la vel minima adustionis læsionisque
tâ.

Res hæc testium fide ocula
tis firmata est: de quo facto
G. Frese edidit Relationem (quam
minat die Atheistische Brille) in D.
thol. S. S. Theol. Profess. Kilon.
Tractatum.

Nullum brutum est, cujus e
ri feritas bene faciendo non po
plus autem quam belluinum esset
nobilissima creatura, non confide
quid nostri amore fecerit DEUS.
cujus intellectus hoc potest? na
nobis ipsis ad aliquid boni co
dum inepti sumus, multo minus
SUM CHRISTUM Dominum
possimus sine SPIRITU SAN
I, Cor, 12,

